

Nervâ brevi decedente, Trajanus ab ipso adoptatus tertiam persecutionem suscitavit, in qua in omnem ætatem, ordinem & sexum sævitum, donec illa Plinii Junioris æquitate mitigata fuisset.

Eam excepit sub Adriano & Antonino Pio 119.
 quarta, quæ sub M. Aurelio Antonino Philoso- 162.
 pho, & Lucio vero, faces subdentibus Philoso-
 phis, maximè crescente Cynico, passim per Ro-
 manorum imperium, inprimis Smyrnæ, quæ
 postmodum terræ motu periit, & Lugduni in
 Gallia continuata; licet illam Quadratus, Ari-
 stides, Justinus M. & Galii apologiis, Serenius item
 Granius vel Sprannius Asiæ Præses intercessio-
 ne stiterint, & Christiani innocentiam suam
 morum puritate abunde probaverint:

Interim pudenda Gnosticorum hæresis Ro- 155.
 mæ gliscere, & Montanus deliria sua spargere 156.
 cœperunt; Tatianus quoque Encratitarum pa-
 rens, in scenam prodiit, quem Theodotus co-
 rintharius, πατὴρ τῆς ἀρνησιθεῖς ἀποστασίας, pa-
 ter doctrinæ Deitatem filii negantis cum disci-
 pulo Artemone, nequior progenies, exceperunt;
 quorum ausis castitas Ecclesiæ Virginæ atten-
 tata, & paulatim fastu Episcoporum crescente
 per ἐντάλματα ἀνθρώπων in regimine & riti-
 bus, leviculè etiam in dogmatis contaminata
 fuit, id quod Fejuniorum rigor, oblationes pro
 mortuis, Crucis signaculum, Vinum in S. Cœna
 aquâ dilutum & c. satis ostendunt.

Victor Romanorum Episcopus primus fuit, 196.
 qui supercilium Pontificale in lite de Paschatis
 die ostendit, dum ἀμέτρητα δεγμαθεῖς, ἀκοινωνη-
 σίαν τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀπέσειλε, supra modum